



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -  
Cum Indicibus

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1674**

Cap. XVI. Ad cap. 37. de offic. & potest. Jud. deleg.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10241**

## C A P . XVI.

Ad cap. 37. de offic. &amp; potest. Jud. deleg.

## S U M M A R I A.

- |  |  |
|--|--|
| 1. <i>Capitulum suppletur.</i>         | 6. <i>Sarcophagi porphyretici.</i>               |
| 2. <i>Archiepiscopus Messanensis.</i>  | 7. <i>Episcopo dilapidatori datur Coadjutor.</i> |
| 3. <i>Messena civitas.</i>             |  |
| 4. <i>Archiepiscopatus Reginensis.</i> | 8. <i>Gregorii IX. decretalis hac de re.</i>     |
| 5. <i>Cephaludis urbs.</i>             |  |

**H**onorius III. Messanensi & Reginensi Archiepiscopis re Capitulum scribit in hæc verba: *Rogatus olim à vobis & Fratribus nostris carissimis in Christo; Filius noster Fridericus Romanorum Imperator & semper Augustus & Rex Siciliae ut restituere venerabilem fratrem nostrum Cephaludensem Episcopum, quem spoliaverat Ecclesia & aliis bonis suis se id liberè facturum vivâ voce promisit, unde per scripta nostra vener. fratri nostro Archiepiscopo Cusentino nostris dedimus literis in mandatis ut venerabilem Fr. nostrum Cephalud. Episcopum restitui ficeret &c.*

Archiepiscopus Messanensis ejus temporis Berardus erat, ut ex Archiepiscopi Rubei historiâ Ravennate constat. Messana, Plinio & aliis, scopus Messodie Messina, Μεσηνη Straboni & Ptolemæo, Siciliæ urbs & emfanus. porium ad fretum Mamertinum. Reginensis Archiepiscopus Messana erat Landus, Friderici II. Imperatoris familiaris. Narrat hisce *vitas*. duobus, quomodo impetrarit ab Imperatore Friderico, ut restituatur Archiepiscopus. Is erat Johannes de Neapoli. Reginensis. Cephaludensis civitas Siciliæ, Cifalu, Episcopali sede à Rogerio II. Cephaludis Rege Siciliæ donata. Suffraganea est Archiepiscopo Messanensi. urbs. Cephaludensis ita restitutus suspectus fiebat de dilapidatione. Thomas Fazulus rer. sicular. lib. 8. decade posteriori tradit Rogerium Regem in Cephaludensi Ecclesia posuisse Sarcophagos duos *Sarcophagi porphyreticos* perpetuò ibi mansuros: Quos post obitum ejus *porphyretici*. Imp. Fridericus II. Panorum transtulerit, Johanne de Neapoli Barcinonam priùs ablegato, ut liberius perficeret, quod inten-

debat. Inde vir quidam doctus conjicit Johannem Honorio sus-  
spectum dilapidationis factum, & forsan callidè Imperatorem  
Honorio subrepisse in caput Episcopi. Quod mihi non sit ve-  
risimile, & nimis longè petita conjectura est. Cæterū Ponti-  
*Episcopo di-* fex ut occurreret suspecto, Coadjutorem ei adhibere jubet, admi-  
*lapidatori* nistratione interdictā, secundum can. Qui eā. q. can. 3. q. 2. Ad ex-  
*Coad-*emplum suspecti tutoris. l. Eum quem. C. de susp. tut. Simile re-  
*jutor.* scriptum exhibit Mattheus Paris, sub anno Christi 1231, Gregorii  
*Gregorii IX.* ad Abbatem Montis Belli, quo si à visitatoribus Abbas non  
*decretalis* exemptus nimis negligens & remissus inventus fuerit à Diœcesano  
*bac dере.* Coadjutor ei datur, usque ad proximum capitulum generale:  
Quod si dilapidationis reus convictus fuerit, Abbatia pellitur per  
Diœcesanum, dato interim administratore, qui temporalium cu-  
ram gerat, donec de alio Abbatे prospectum fuerit, quod &  
fancitum antea ab Honorio III, cap. ult. de Statu Monach.

## C A P. XVII.

## Ad cap. 3. de Officio Legati.

## S U M M A R I A.

- |                                    |  |
|------------------------------------|--|
| 1. De Legatis Pontificis ubi dixi. | 7. Conjectum quid?                       |
| 2. τονοτηραј qui?                  | 8. De sumtibus in missos facien-<br>dis. |
| 3. Dicti etiam legati.             | 9. De tractoriis Romanorum.              |
| 4. Literæ tractorie.               | 10. Capituli nostri hypothesis.          |
| 5. Formulae tractoriarum.          |  |
| 6. Tractorie Imperat.              |  |

*De legatis  
Pontificis u-  
bi dixi.*

*τονοτηραј  
ται qui.*

*Dicti etiam  
Legati.*

*Literæ tra-  
ctoriae.*

**D**E Legatis Pontificis, eorumque differentiâ diximus seme-  
strum primo, Ecloga 2.c.13. Hoc insuper adjiciamus, Dadi-  
num, cum Legatorum triplex genus fecisset, hos, qui vices  
apostolicas in certâ suscipiunt provinciâ eosdem esse το-  
νοτηραј, idq; auctoritate Balsamonis in synodo Carthaginensi,  
affirmare. Quod secus habet. Τονοτηραј dicebantur in syno-  
dis clerici, qui locos tuebantur & occupabant eorum, qui non po-  
terant in synodus venire. Dicebantur sanè & hi Legati seu vi-  
carii, sed Episcoporum absentium, quorum locum tenebant lite-  
ris tractoriis exhibitis. Literas autem tractorias vocabat ætas  
illarum.